



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Monvmenta Paderbornensia

Ferdinand <II., Paderborn, Bischof>

Paderbornae, 1669

9. Clarior Est Caeso Lvppia Cvinctilio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11425

ribus gentis, cuius fides summam semper laudem habuit.

7. IMPERII GEMINAS NOBILE PIGNVS
AVES. Florus. l. 4. c. 2. Tacit. 2. An. Et clades ejus superstites pugnam aut vincula elapsi referebant, hic cecidisse legatos, illic raptas aquilas, quas Germanicus Romanas aves, propria legio-
num numina apud eundem lib. 2. An. appellavit.

8. DESINAT EVPHRATES PARTHOS
MEMORARE TRIVMPHOS. Grave quidem
vulnus clade Crassianâ populus Romanus à Parthis accepit.
Flor. l. 3. c. II. ingens inde fama Euphrati; verùm multis no-
minibus

9. CLARIOR EST CAESO LVPIA
QVINCTILIO: de quo reportata victoria magnum
nomen decusque gerit in elogio, quo Germaniam Tacit. de
morib. Germ. ornavit. Sexentesimum & quadragesimum an-
num urbs nostra agebat, cum primum Cimbrorum auditas sunt ar-
ma, Cæcilio Metello ac Papirio Carbone Coss. ex quo si ad alterum
Imperatoris Trajani consulatum computemus, ducenti fermè &
decem anni colliguntur, tam diu Germania vincitur. Medio tam
longi ævi spatio multa in vicem damna. Non Samnis, non Pœni,
non Hispaniae Gallieve, ne Parthi quidem sèpius admonuere. quip-
pere regno Arsacis acrior est Germanorum libertas. Quid enim ali-
ud nobis, quam cædem Crassi, amissò & ipse Pacoro, infra Ventidi-
um dejectus Oriens objecerit? At GERMANI, Carbone, & Cassio,
& Scauro Aurelio, & Servilio Cepione, M. quoque Manlio fusis vel
captis, quinque simul consulares exercitus populo Romano; Varum
trésque cum eo legiones etiam Cæsari abstulerunt. nec impunè C.
Marinus in Italâ, divus Iulius in Galliâ, Drusus ac Nero & Germa-
nicus in suis eos sedibus percülerunt. Mox ingentes C. Cæsar is mi-
ne in ludibrium versæ. Inde otium, donec occasione discordia
nostræ

nōstræ & civilium armorum, expugnatis legionum hibernis, etiam Gallias affectavere : ac rursus pulsi inde, proximis temporibus triumphatim agis quam vici sunt.

io. RAPTA IOVI LATIO. Inscriptio monumenti Capitolini apud Lazio. lib. comment. Reip. Rom. c. 4. Vellejus. lib. 2. c. 91. Sueton. in Aug. c. 21. Florus. lib. 4. c. 12. Eutropius. lib. 7. in Aug. Ovidius. lib. 5. & 6. Fast. & lib. 2. Trist. Horatius. lib. 4. od. 15.

*Et signa nostro restituit Iovi,
Direpta Parthorum superbis
Postibus, &c.*

Quantopere signis, sive ultro, ut Florus, sive, ut Suetonius ait, *reposenti redditis gavisus sit Augustus*, indicant tot & tam varij hac de re signati nummi veteres cum inscriptio-
ne signis receptis: quorum icones apud Lazio. l. c. expressæ.

ii. HIC AQVILAS OBTINET VSQVE SVAS. Arminius apud Tacit. lib. 1. *Cerni adhuc Germanorum in lucis signa Romana, quæ dijs patrijs suspenderit.* Nondum ergo tunc, nec unquam Augusto remissa fuerant, an postea ductu Germanici, & auspicijs Tiberij recepta, auctores inter se dissentiunt. affirmat Tacit. lib. 1. An. *Bructeros suâ uarentes, expeditâ cum manu L. Stertinus, missu Germanici fudit; intérque cædem & prædam reperit undevisimæ legionis aquilam cum Varo amissam.* lib. 2. *Ipse majoribus copijs Marsos irrumpit: quorum dux Malovendus, nuper in ditionem acceptus, propinquo luco defossam Variæ legionis aquilam modico praesidio servari indicat.* Ad quem locum Lipsius. not. 62. *Hic autem inventa aquilarum una, & supra lib. 1. altera; ergo receptæ nunc omnes.* Quâ de causâ arcus erectus dicatusque: Tac. l. 2. *Fine anni arcus propter adem Saturni ob recepta signa cum Varo amissa, ductus*

Germani-